ECLEIPSES CAROLI & FERDINANDI Cæsarum.



HOC etiam in loco Quomodo viam Lunæ depingas, aliter q̃ antea docere placet. Figuram defectiuam simulac corpus Lunare in plano descripseris, & in eadem Lunaris Argumentum latitudinis, quod distantiam representat Lunæ ab vmbræ centro, (maximo videlicet eclipsis tempore) existentem, quæ & medium eclipsis dicitur, cum M litera designaueris, mox motum Lunæ, quem tempore dimidiæ durationis absoluit, ab Argumento latitudinis demes, Signa gra. & M ex subtractione relicta, rursus in dispositorio quæsito, cum puncto quodã signabis. Interuallum deinde puncti huius à centro dispositorii cum circino acceptum, vmbræ super linea A M L in A centro incipiens, inferes, quod ab M, quacunq;, siue centrum versus, siue ab illo ceciderit c scribes, ex quo rectam lineam dextrorsum M N lineæ parallelam, vbi duxeris, contactum eiusdem cum L N circulo, X litera signa, illic enim centrum Lunaris corporis est, quod defectus incipientis momento fuit. Deinde motum ☽, quem durationis dimidiæ tempore habet, Argumento latitudinari defectus medii, iunge. Quo facto, latitudinis Argumentum fini defectuali congruens surget. Illud ipsum Argumentũ in Dispositorio quoq; examina, eiusq; intercapedinem in lineam A M L, circini officio transpone, & eandem cum d puncto nota. Inde lineam rectam M K lineæ æquidistantem sinistrorsum trahe, intersectionem eiusdem cum circulo L K, cum V litera (centrum enim Lunæ est, quod fini defectus debetur) assigna. Iam circulos circa V & X si describis, circulatione legittima, V vero & X litteras recta connectis linea, verissimum Lunæ per vmbram traiectum efficis. Puncta etiã illa duo c & d facilius hunc in modum consequeris, gradum quemcunq; vnum aliquem in dispositorio elige, in quo totidem minuta, quot in Lunæ motu dimidiæ durationis tempore sunt, numera, secundum tot minuta pedes circini extende. Circini deinde sic inuariati, pedem vnum in M siste, alio duo vtrinq; puncta signa, quorũ alterum cum c, alterum cum d nota, è quibus duobus pũctis ita præparatis, iuxta prius dicta, parallelæ ducendæ sunt &c.

Argu: lati: ☽ in Exemplo Imperatoris.


¶ In prin: eclipsius S 11 G 24 mi: 10
¶ In Medio eclip: S 11 G 24 mi: 39
¶ In fine eclipsis: S 11 G 25 mi. 8
¶ Motus Lunæ minutorum 29

Argu: lati: ☽ in exemplo Regis.

¶ In princi: eclipsis S 0 gr: 9 mi :28
¶ In Medio eclip. S 0 gr. 10 mi. 23
¶ In fine eclipsis S 0 gr: 11 mi. 18
¶ Motus Lunæ minutorum 55

Paradigma





PARADIGMA TERTIVM



PARADIGMA TERTIVM, Lunaris deliquii esto, Anno 1530 facti, quando Cæsarea CAROLO Corona Bononiæ imposita, Regia vero maiestas, FERDINANDO Aquisgrani delata est, Rhomani ambo Imperii insignia, fratribus his Imperatoribus dignissima: Hoc deliquium si nuper tradita ratione tractare malis, & transitum Lunæ per tenebras, via nuper ostensa, dispicere, cęteraq; quę in defectu considerantur, adamussim cognoscere velis, hæc substripta tibi propone, qualia sunt.

¶ Argumentum Solis Sig: 3 gra. 27 mi: 18
¶ Argumentũ ☽ Verũ Sig: 4 gra. 15 mi. 19
¶ Latitudo Lunæ minutorum 14

Pro Solis igitur & Lunæ Argumentis, margaritam si direxeris, viamq; Lunæ recta linea, vt dictum est, iam expresseris, latitudinis Lunaris auxilio omnia hæc subiuncta reperies.

¶ Puncta eclyptica 16 mi. 36
¶ Moram mediam minutorum 44
¶ Tempuscasus Ho: 1 mi: 8
¶ Dimidiam durationem Ho: 1 mi: 52
¶ Motum Lunæ minutorum 64



HVIVS ECLIPSIS



HANC



SVME IMAGINEM



